



**Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impressionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

7 Vtrum timor sit initium sapientiae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](#)

## QVAEST. XIX.

## ARTIC. VII. ET VIII.

**R E S P O N.** Dicendum, quod timor seruilius ex amore sui caufatur; quia est timor poenae, qui est detrimen-<sup>tum</sup> proprii boni. Vnde hoc modo timor poenae potest esse cum charitate, sicut & amor sui. Eiusdem enim rationis est, quod homo cupiat bonum suum, & quod timeat eo priuari. Amor autem sui tripliciter potest habere ad charitatem. Vno modo contrariatur charitati, secundum quod aliquis in amore proprii boni finem constituit. Alio uero modo in charitate includitur, secundum quod homo propter Deum, & in Deo diligit. Tertio modo a charitate quidem distinguitur, sed charitati non contrariatur, puta, cum aliquis diligit seipsum secundum rationem proprii boni, ita tamen quod in hoc proprio bono non constitutus finem. Sicut etiam & ad proximum potest esse, aliqua alia specialis dilectione præter dilectionem charitatis, quae fundatur in Deo, dum proximus diligitur ratione commoditatis, consanguinitatis, uel aliquius alterius conditionis humanae, qua tamen referibilis sit ad charitatem. Sic ergo & timor poena eluditur uno modo in charitate. Nam separari a Deo est quædam poena, quam charitas maxime refugit: unde hoc potest ad timorem castum. Alio autem modo contrariatur charitati, secundum quod aliquis refugit poenam contrarium bono suo naturali, sicut principale malum contrarium bono, quod diligitur ut finis: & factio-  
nem penæ non est cum charitate. Alio modo timor poenæ distinguitur quidem secundum substantiam a timore casto: quia scilicet homo timet malum penale ratione separationis a Deo, sed inquantum est non ciuum proprii boni: nec tamen in illo bono constituitur eius finis, unde nec illud malum formidatur tamquam principale malum. Et talis timor poenæ potest esse cum charitate: sed iste timor poenæ non dicitur esse seruilius, nisi quando pena formidatur sicut principale malum, ut ex dictis<sup>\*</sup> patet. Et ideo timor, inquantum seruilius, non manet cum charitate: sed substantia timoris seruilius cum charitate manere potest, sicut amor seruorum manere potest cum charitate.

**A D P R I M U M** ergo dicendum, quod Augustinus ibi loquitur de timore, inquantum seruilius est. Et sic procedunt aliae duas rationes.

## ARTICVLVS VI.

Vtrum timor sit initium sapientie.

**A D S E P T I M U M** sic procedit. Videtur, quod timor non sit initium sapientie. Initium enim est aliiquid rei: sed timor non est aliiquid sapientie, quia timor est in appetitu, sapientia autem est in intellectu. ergo uidetur quod timor non sit initium sapientie.

**T** 2 Præt. Nihil est principium sui ipsius: sed timor Dei ipse est sapientia, ut dicitur Iob. 28. ergo uidetur quod timor Dei non sit initium sapientie.

**T** 3 Præt. Principio non est aliiquid prius: sed fides praecedit timorem. ergo uidetur quod timor non sit initium sapientie.

**S E D C O N T R A** est, quod dicitur in Psal. 110. Initium sapientie, timor Domini.

**R E S P O N.** Dicendum, quod initium sapientie potest aliiquid dici duplicitate. Vno modo, quia est initium ipsius sapientie, quantum ad eius essentiam: alio modo, quantum ad eius effectum. Sicut initium artis secundum eius essentiam, sunt principia, ex quibus procedit ars: initium autem artis secundum eius effectum est, unde incipit ars operari. Sicut si dicamus,

quod principium artis ad divisionem est finis, quia ibi incipit adificator operari. Cum sit cognitio diuinorum, ut infra dicatur, consideratur a nobis & altera Philosophos vita nostra ad diuinam fruitionem ordinatur secundum quandam participationem naturæ, quae est per gratiam, sapientiam nos, non solum consideratur, ut est cognitio, sicut apud Philosophos: sed etiam ut diuina uita, quae non solum dirigunt locutiones humanas, sed etiam secundum rationes, ut patet per Aug. 12. \* de Trinit. Sic ergo sapientia secundum eius essentiam, sunt principia sapientie, que sunt articuli fidis: & hoc fides dicitur sapientie initium. Sed quod effectum, initium sapientie est, unde lapsum patit operari: & hoc modo timor est initium. Alter tamen timor seruilius, & alter timor mortali. seruilius est sicut principium extra divisionem sapientiam, inquantum alius est timore procedit a peccato, & habilitatur per hoc ad effectum, secundum illud Eccles. 1. Timor Dei expellit peccatum. Timor autem castus, quod in initium sapientie sicut primus sapientie, est enim ad sapientiam pertinet, quod humanum guletur secundum rationes diuinæ, hinc mere principium, ut homo Deum reverenter subiiciat. Sic enim consequenter in omnium Deum regulatur.

**A D P R I M U M** ergo dicendum, quod ostendit, quod timor non est principium quantum ad essentiam sapientie.

**A D S E C U N D U M** dicendum, quod comparatur ad totam uitam humanam per Dei regulatam, sicut radix ad arborum. Vnde Eccles. 1. Radix sapientie est timere Dominum enim illius longui. Et ideo figuratur dicitur esse tota arbor, ita timor dicitur dicitur.

**A D T E R T I U M** dicendum, quod fieri est, alio modo fides est principium sapientie, modo timor. Vnde dicitur Eccles. 1. Timor dilectionis est initium autem fidei, dum est ei.

## ARTICVLVS VII.

Vtrum timor initialis differat secundum substantiam a timore filiali.

**A D O C T A V U M** sic proceditur. Videtur, quod timor initialis differat secundum substantiam a timore filiali. Timor enim filialis ex dilectione caufatur: sed timor initialis est principium dilectionis secundum illud Eccl. 25. Timor Domini initium dilectionis: ergo timor initialis est aliis a filiali.

**T** 2 Præt. Timor initialis timeretur nam, quæ est obiectum seruili timoris: & sic uidetur quod timor initialis sit idem cum seruili: sed timor seruilius est aliis a filiali, ergo etiam timor initialis est aliis secundum substantiam a filiali.

**T** 3 Præt. Medium differat eadem ratione ab utroq; extremori: sed timor initialis est medium inter utrumque.